



## **Theologia Scholastica Secundum Viam Et Doctrinam D. Thomæ Aquinatis, Doctoris Angelici**

In Celebri Archiepiscopali Benedictina Universitate Salisburgensi, methodo  
& norma ibidem usitata publicè tradita, & in IV. Tomos digesta ; Qvorvm  
Primvs Tractat De Deo Vno Et Trino, Deq[ue] Creatura Angelica ...

**Mezger, Paul**

**Augustæ Vindelicorum, 1695**

Articulus II. In quonam formaliter consistat peccatum originale?

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74152](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74152)

Fundamentum à ratione idem ferè est, quod prioris sententiæ: nimirum: Peccatum originale, quod ex Adamo contrahimus, est ejusdem rationis cum illo peccato habituali, quod Adam per actualem inobedientiam contraxit: sed istud consistebat in termino positivo, & habituali conversione, seu adhesionem ad bonum creatum, tanquam ultimum finem [ita nempe docent isti auctores universaliter de omni peccato habituali:] ergo etiam peccatum originale in ejusmodi habituali, & positiva conversione consistit.

12. Contra hanc sententiã est primò: quia illa habitualis & positiva inclinatio in bonum commutabile, vel est aliquid corporeum, vel incorporeum. Non corporeum; primò, quia hoc non potest intrinsicè afficere spirituales animæ substantiam. Secundo, quia vel esset substantia, vel accidens. Non substantia, hic enim est error Manichæorum; non accidens, quia hoc vel iterum esset concupiscentia, vel qualitas morbida, quorum utrumque Catholica & communis doctrina eliminat. Non incorporeum: primò, quia ipsa voluntas peccantis per peccatum deordinata à DEO est naturalis inclinatio in bonum proprium, tanquam in ultimum finem, unde alia inclinatio superaddita est supervacanea; secundo, quia nulla inclinatio naturalis præter voluntatem pro suo objecto, & termino respicit finem ultimum. Tertio: quia, ut expressè fatetur S. D. q. 24. de Verit. a. 12. non per quemlibet actum peccaminosum generatur habitus, cum tamen per quodlibet peccatum voluntas peccantis adhaereat bono commutabili. Quarto: quia est inexplicabile, quomodo Adami peccatum mediante generatione transfundat aliquid positivum in posteros, quando ipsum nec in se, nec in virtute aliqua positiva semini impressa, quam fidentiam esse ex dictis constat, existit.

13. Neque dicas: non transfundere physicè, sed moraliter: nam moralis positiva causalitas consistit in motione alienæ voluntatis ad ponendum effectum, adeoque si Adamus moraliter causaret illum terminum positivum, tunc per suam inobedientiam demeritorie moveret Divinam voluntatem ad ponendum illum terminum positivum, cum alia voluntas in illum influens assignari nequeat, quod rursus est magnum absurdum.

Confirmatur. Terminus positivus requirit causam positivam: hæc non est peccatum Adami, non est voluntas Divina, nec alia est assignabilis: ergo nec terminus positivus.

Contra hanc sententiã est secundo, quod nimirum falsis suppositis, nempe, quod tam peccatum actuale, quam habituale formaliter consistit in positivo, quæ tamen ex oppositis fundamentis tum in præsentem, tum in priori Tract. refutavimus quæ hic non sunt repetenda. Ex quibus etiam solum manet fundamentum hujus sententiæ à ratione petitur.

Contra est tertio: In illo formaliter consistit culpa originalis, quod tollitur formaliter per gratiam sanctificantem: sed per illam non tollitur aliqua forma positiva, tollitur verò sui privatio, tanquam opposita: ergo culpa originalis non consistit in aliquo positivo. Adde, quod ille terminus positivus causalus per actum peccaminosum voluntatis esset subjektivè in voluntate, quam inclinaret in pravam finem ultimum: si qui culpa originalis subjektivè non est in voluntate, sed in animæ substantia.

Ad testimonia ex S. D. adducta, & ad 1. Respondeo cum Salmanticensibus hic disp. 16. dub. 3. §. 5. Peccatum à S. Doctore vocari habitum non propriè, sed similitudinariè, tum ratione lux permanentiæ, tum ratione malæ dispositionis, quæ non positivè, quasi per aliquam formam & qualitatem positivam, sed negativè tanquam per privationem justitiæ originalis, anima male se habet respectu finis ultimi: aliàs quo pacto rationem formalis culpæ originalis potuisset constituere in privatione justitiæ originalis, quod tamen affirmat a. 3. mox referendo.

Ad 2. Respondeo, motum ibidem late accipi, qui sit inter terminos, vel positivè, vel negativè contrarios. Nisi malis dicere, etiam in justificatione terminum à quo, hoc est, habituale peccatum esse terminum positivum, non quidem formaliter, sed connotativè, videlicet ratione actus peccaminosi, à quo causalus.

Ad 3. Respondeo. Illum locum aliud nihil velle, quam quod post peccatum relinquatur habitualis adhæsiō ad bonum commutabile, indistincta tamen partim ab ipsa voluntate, partim à concupiscentia, quæ in peccato originali se habeat non formaliter, sed materialiter.

## ARTICULUS II.

### In quonam formaliter consistat peccatum originale?

#### SUMMARI A.

1. Exponitur donum justitiæ originalis.
2. Statuitur formale peccati originalis in privatione justitiæ originalis secundum primum effectum.
3. Probatio ab auctoritate.
4. Probatio à ratione.
5. Auctoritas D. Thomæ objecta exponitur.
6. Rationes objectæ.
7. Solvuntur.
8. Peccatum originale est idem specie atoma in omnibus hominibus.

#### §. I.

#### Expositio justitiæ originalis & resolutio questionis.

Notandum, quod justitiæ originalis, quam Adamus in paradiso & innocentie statu obtinuit, atque, si in illa perseverasset, etiam in posteris transmisisset, adæquatè sumpta includat plerumque donorum & perfectionum aggregationem, quibus anima DEO, & vires inferiores superiorem bus perfectè subjiciebantur, corpus quoque à

morbis, & ipsa morte immune conservabatur: quoad primariam tamen perfectionem, qua nimirum anima DEO perfecte subiciebatur, & ex qua tanquam radice alia dona in animam & corpus redundabant, fuisse ipsum habitum gratiæ sanctificantis, prout Salmanticenses tr. de pecc. disp. 16. dub. 1. colligunt è S. D. 1. p. q. 95. a. 1. dicente: *Per gratiam in anima existentem inferiora ei subdebantur.* Et 1. 2. q. 23. a. 2. ad 2. *Originalis iustitia pertinebat primordialiter ad essentiam animæ, erat enim donum divinitus datum humane nature, quam per prius respicit essentia animæ, quam ejus potentia.*

Ex quibus ratio sic deducitur primò. Sola gratia sanctificans pertinet ad essentiam animæ, alia verò dona ad potentias ipsius: sed iustitia originalis pertinet primariò & radicaliter ad essentiam animæ: ergo primariò & radicaliter consistit in gratia sanctificante. Secundò. Tunc iustitia originalis primariò consistit in gratia sanctificante, quando primarius effectus ipsius est formalis effectus ipsius gratiæ sanctificantis: sed est: quia primarius effectus est animam DEO subicere: sed hoc est munus formale gratiæ sanctificantis: ergo. Neque ex hinc sequitur, quòd restituta per baptismum vel poenitentiam gratià restituaatur iustitia originalis: quia iustitia originalis non tantum nominat perfectionem & effectum primarium, sed ut conjunctum cum donis, perfectionibus & effectibus secundariis in ipso radicatis. Unde licet gratia sanctificans cum suo effectu primario, qui est animam DEO subicere, per baptismum & poenitentiam conferatur, non tamen meretur appellationem iustitiæ originalis ob defectum aliorum donorum & perfectionum, quæ ab originali iustitia includuntur. His prænatis sit

2. **CONCLUSIO.** *Peccatum originale [intrinsicè contractum à parvulis] formaliter consistit in privatione iustitiæ originalis, hoc est, gratiæ sanctificantis, ex primario sine DEO animam subicientis, quatenus illa privatio est causata per inobedientiam Adami.*

Ita potior Thomistarum cum S. D. sic habent in terminis hic q. 8. a. 3. in c. *Privatio originalis iustitiæ, per quam voluntas subdebatur DEO, est formale in peccato originali.* Et paulò post: *Peccatum originale materialiter quidem est concupiscentia, formaliter verò est defectus originalis iustitiæ.*

3. Probatur primò auctoritate tum D. Anselmi, tum Tridentini. Nam ille l. de Cone. Virg. c. 26. ita loquitur. *Hoc peccatum, quod originale dico, aliud intelligere nequeo in ipsis infantibus, nisi ipsam, quam supra posui, scilicet per inobedientiam Adæ iustitiæ debita nuditatem.* Et Trid. sess. 5. in Decr. de pecc. orig. & sess. 6. cap. 3. dicit: *Peccatum originale inesse cuique proprium, parvulos propagatos ex Adamo, dum concipiuntur, propriam iniustitiam contrahere, quam regenerationis lavacro necesse sit expiari.* Ex quibus sic infertur. Peccatum originale est id, quod inest cuique proprium, & per gratiam baptismi deletur: sed nihil aliud est assignabile intrinsicè animæ, quod per gratiam baptismi deletur, quam prædicta privatio iustitiæ originalis: ergo.

Probatur secundò ratione. Macula, seu peccatum habituale formaliter consistit in privatione gratiæ, quatenus causata, & voluntaria ex actu præterito: sed peccatum originale parvulis intrinsicè est de genere peccati habitualis, ut constat: ergo consistit in privatione gratiæ, secundum primarium effectum, [quem habet tanquam iustitia originalis] animam DEO subicientis, & in ipsum habitualiter convertentis: atqui non consistit in illa ut causata & voluntaria per actum personale propriæ voluntatis: ergo in illa ut causata per Adami peccatum, quod physice quidem spectatum erat actus Adami proprius: moraliter verò erat pariter peccatum totius nature in Adamo tanquam capite contentæ. Major probata manet ex iis, quæ de peccati habitualis essentia sup. diximus.

Probatur tertio. Peccatum originale vel consistit formaliter in aliquo positivo, vel privativo. Non in positivo, rum, quia omne ens positivum est à DEO, nec potest habere formaliter rationem defectus: tum quia illud positivum deberet esse intrinsicè animæ secundum doctrinam Trident. atqui ea positiva, quæ sunt intrinsicè animæ, non tolluntur per gratiam baptismi, siquidem fomes concupiscentiæ remanet in renatis: ergo necesse est, ut formaliter consistat in privativo: sed in nullo alio privativo, quam iustitiæ originalis secundum primarium suum effectum animam DEO subicientis, qui est ipsi communis cum gratia sanctificante: ergo.

Confirmatur. Illud peccatum ex Adamo parvuli contrahunt generatione, quod erat in Adamo habituale, & macula relicta ex primo peccato Adami: atqui illud erat privatio gratiæ tanquam iustitiæ originalis: ergo hoc ipsum est originale contractum à parvulis. Major constat: nam peccatum originale est de genere peccati habitualis, ideoque à Trident. vocatur mors animæ: ergo respondet habituali peccato Adami. Minor etiam patet: quia mors animæ in Adamo causata ex primo peccato fuit carentia & privatio iustitiæ originalis, quatenus ex primario effectu animam DEO subicientis, quo primario effectu sublato, alia mox deordinationes fuerunt secutæ.

Probatur 4. Explicata privatio iustitiæ originalis habet omnia requisita ad formale constitutum peccati originalis: ergo. Antecedens probatur. Nam primò est radix omnium aliarum imperfectionum, quæ ad peccatum originale quoquo modo reducuntur, ut explicat S. D. loc. cit. his verbis: *Per iustitiam originalem perfectè ratio continebat inferiores anime vires, & ipsa ratio à DEO perficiebatur ei subiecta. Hac autem originalis iustitia subtrahita est per peccatum primi parentis, & ideo omnes vires anime remanent quodammodo destitute proprio ordine, quo naturaliter ordinatur ad virtutem, & ipsa destitutio vulneratio dicitur nature.* Item opusc. 192. *Quia, inquit, dicti status tam ordinata integritas tota causabatur ex subiectione humane voluntatis ad DEUM, consequens fuit, ut subducta humana voluntate à voluntate Divina, depriveret illa perfecta subiectione virium inferiorum ad rationem, & corporis ad animam, &c.* Secundò: quia ista privatio est vera animæ macula, & habitualis deformitas.

mitas. Tertio: quia est averfio ab ultimo fine fupernaturali, quemadmodum gratia est habitua- lis converfio in ipfum. Quarto: quia est volun- taria terminativè ex peccato Adami tanquam peccato totius naturæ. Ac Quinto: quia est de- lebilis per infufionem gratiæ baptifmalis. Sex- to: quia est privatio debiti ordinationis habi- tualis in finem fupernaturalem, & habitualis con- formitatis cum lege fupernaturali, quæ in gratia fandiificante confiftit.

## §. II.

*Solvuntur Objectiones.*

5. **O**bjicies primò authoritatem S. D. ad Anni- baldum d. 30. a. 2. ubi dicit, quòd peccatum originale confummativè est privatio iuftitiæ. & ori- ginaliter confiftit in ipfa habitu dine ad commutabi- le bonum ex peccato primi parentis relicta: ergo non confiftit formaliter in privatione. Item hæc cit. q. a. 1. in c. peccatum originale dicit effe habi- tum, ficut eft agritudo. Et ad 1. vocat habi- tum corruptum, & languorem naturæ: fed ifta dicunt aliquid pofitivum.

Refpondeo ad 1. Tò originaliter accipi à S. D. pro materialiter & difpofitivè, & Tò confumma- tivè pro formaliter, ut verba fuperius allegata cla- rè explicant. Et ad alterum dico, ut priùs, pec- catum originale à S. D. vocari habitum & lan- guorem ex triplici causa: primò fimilitudinariè propter habitualem permanentiam, quam habet in anima adinftar cujuflibet peccati habitualis. Secundò causaliter; quia fublata iuftitià origi- nali confequitur fomes concupifcentiæ, & inor- dinatio potentiarum, quæ pertinent ad materiale peccati originale. Tertio dicitur habitus ma- terialiter, in quantum pro materiali habet inor- dinatam difpofitionem partium animæ; ficuti mor- bus corporalis pro materiali dicit ipfos humores inordinatè difpofitos, pro formali autem priva- tionem, quæ tollitur æqualitas fanitatis, inquit S. D. cit. a. 1. ad 1.

6. **O**bjicies fecundò ex ratione, & quidem primò. Pœna peccati originale non eft originale pecca- tum: fed fubtractio iuftitiæ originale fuit facta in pœnam peccati Adami: ergo non eft ipfum peccatum originale. Majorem habet S. D. q. 5. de malo a. 1. in c. fic concludens: *Conveniens pœna peccati originale eft fubtractio gratiæ, & per confequens vifionis Divinæ, ad quam homo per gra- tiam ordinatur.*

Secundò. Si DEUS parvulum per gratiam u- nionis hypoftaticæ fandiificaret, fine infufione gratiæ habitualis, eò ipfò deleteretur peccatum o- riginale, & tamen non tolleretur privatio gratiæ fandiificantis: ergo peccatum originale eft fepa- rabile à privatione gratiæ, & confequenter non poteft formaliter in illa confiftere.

Tertio. Si peccatum originale formaliter con- fiftet in privatione iuftitiæ originale, tunc eò ipfò, quòd per baptifmum deleatur peccatum o- riginale, reftitueretur iuftitiæ originale: fed hoc non fit: ergo. Sequela patet: quia privatio formæ non tollitur nifi per formam oppofitam; fi ergo aufertur privatio iuftitiæ originale, con- ferri debet ipfa iuftitiæ originale.

Quarto. Peccatum originale adæquatè fum- ptum non minùs dicit converfionem ad bonum commutabile, quàm averfionem ab ultimo fine: ergo adæquatè non confiftit in fola privatione.

Refpondeo ad 1. ut fup. de peccato habitu- ali, fubtractio feu privatio iuftitiæ originale facta eft in pœnam peccati, ut eft negatio phyficè fpecta- ta, & à DEO per fubtractionem influxus, conce- do; ut privatio moraliter fpectata, & caulata ex peccato Adami, nego. Item: eft pœna, quan- tum ad effectus fecundarios, qui funt fubjectio appetitùs inferioris ad fuperiorem, exemptio à morte, & infirmitatibus, concedo; quantum ad effectum primarium, qui eft fubjectio animæ ad DEUM, nego: eodemque modo diftincto con- fequente, nego confequentiam.

Ad 2. nego antecedens, etiamfi enim in illo cafu non daretur parvulo gratia fandiificans, ut in fe, daretur tamen ut eminenter contenta in fuperiori dono gratiæ hypoftaticæ. Unde fi dic- cas: privatio non tollitur nifi per formam oppo- fitam: fed forma oppofita eft gratia: ergo priva- tio non tollitur nifi per infufionem gratiæ; fed hæc non infunditur ex hypothefi: ergo. Re- fpondeo diftinguendo Minorem: forma oppofita eft gratia vel formaliter, vel eminenter talis, con- cedo; folum formaliter talis, nego: ergo non tollitur nifi per infufionem gratiæ, nifi hæc fup- pleatur per gratiam fuperiorem, & fubftantialem, concedo; fi fuppleatur, ut contingit in hypo- thefi, nego confequentiam.

Ad 3. diftinguo majorem, reftitueretur iuftitiæ originale, quoad aliquem & primarium effe- ctum, qui eft fubjectio mentis ad DEUM, con- cedo: quoad omnes fecundarios effectus, priùs me- moratos, nego.

Ad 4. diftinguo antecedens: peccatum origi- nale adæquatè fumptum, hoc eft, tam quoad par- tem materialem, quàm formalem, dicit habitu- nem ad commutabile bonum, concedo; inadæ- quate fumptum, quantum ad rationem formali- constitutivi, nego; & pariter diftincto con- fequente, etiam nego confequentiam.

Ex didis colliges, quòd peccatum originale fit idem fpecie atoma, & æquale in omnibus homi- nibus, fi quidem & causa, nimirum Adami pec- catum, & forma huic privationi oppofita, videlicet iuftitiæ originale, & pœna damni, quæ pro pec- cato originali infligitur, eadem fpecie eft in omni- bus.

